cta sive eius posteri, Ad Instantiam supraseripti Perillustris et Adm Reverendi Domini Stanislai à Broniszow Broniszowski Canonici Vicarij in Spiritualibus et Officialis Gnalis Premysliens, Samboriens Rybotyczens Visnens Praepositi; aut ipsius Successorem, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliens, sive etiam Consistorij Praemysliens, ex hinc receptu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicationem pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum, peremptorium et alios omnes, exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maior minorennitate successorum Legatione citra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos officij praefati Castrens Capitans Praemysliens, sive etiam Consistorij Praemysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac caeterorum provocationes faciendo, ac praemissa omnia per eius simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrae bello, Conventioneque, ac alijs omnibus. Iuris remedijs et defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Gnosus Tymjeniecki eidem Debet.

1205

Obl. Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrens Capitans Praemysliens Gnosus Alexander Zaremba Tymieniecki Pincerna Sirailiens sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competens recedendo. Praesenti vero Castrens Capitans Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando

corporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Perillustri et Admodum Reuerendo Domino Stanislao à Bronikow Bronikowski Canonico Vicario in spiritualibus et Officiali Gnali Premysliensi Samboriensi, Rybotycensi, Visnensi Praeposito et ipsius Successoribus summam Quadringentorum florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno Currentis, quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus Computando et numerando, certi veri, iusti, et liquidi debiti, seu mutuatae apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenetur atq debet. Eandemq summam suprascriptam Quadringentorum florenorum Polonicalium idem suprascriptus Gnosus Recognoscens Se ac suos Successores in et super bonis Suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis eidem supranominato Perillustri et Admodum Reuerendo Domino Stanislao à Bronikow Bronikowski Canonico et Officiali Gnali Premysliensi Creditori suo et ipsius Successoribus, hinc et ab actu praesenti pro die et festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime venturo incidendo realiter et in effectu solutionem, et coram officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus repositionem et relictionem, repositamq et relictam nusquam ab eodem officio non effideiussionem nec arrestationem, vel quouis alio modo solutionem summae eiusdem impeditionem et impugnationem inscribit et obligat praesentibus, Idq Sub Vadio simili summae aliorum Videlicet Quadringentorum florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Siue eius posteros praedicto Perillustri et Admodum Reuerendo Canonico et Officiali Gnali Premysliensi Siue eius Successoribus, ob non solutionem summae eiusdem suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali expraemissis non completa complenda, summa ipsa principali non soluta soluenda, Citatus existens memoratus Recognoscens, Gnosus Alexander Tymieniecki Pincerna Siradiensis siue eius posteri, Ad instantiam Perillustris et Admodum Reuerendi Domini Stanislai à Bronikow Bronikowski Canonici Vicarij in spiritualibus et Officialis Gnalis Premysliensis Samboriensis, Rybotycensis

2113

botypren Visnen Praepositi Creditoris sui aut eius successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemyslien siue etiam Biecen ad quod praes Citabitur, ex[illegible] recessu supraescripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanguam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni huic satis facere ac omne iudicatum patiri debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eaque omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari aut nutrimenta ad euictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem praeterea vltra praecisos officiorum praefatorum Castren Capitan Praemyslien seue etiam Biecen Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri Bello Conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia Pridie Festi Exaltationis Sancti Crucis Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo. 1266

13| Mocarski Testamentum approbat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Praemysliensibus Generosus Paulus Alexander Mocarski sanus mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemyslien Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Testamentum vltimae Voluntatis suae in scripto conceptum, ratione certarum Conditionum et Legationum in eodem Testamento contentarum, de Actu et data eiusdem testamenti in oppido